ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 45v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

citur qui illatam sibi equanimiter portat. Vnius ergo
uictor quē commouendo sub iugauit! tota contra
alterum uirtute se erigit! Cumq; obsistentē fortiū
& uincentem dolet. quē quia commouere in ipsa con
tumeliarum iaculatione ñ potuit! ab aperto certa
mine interim quiescens & secreta suggestione cogi
tationem licescens aptum deceptionis tempus in
quirit. Quia enī publico bello ꝑdidit! adexercen
das occulte insidias exardescit. Quietis namq; iam
tempore ad uictoris animū redit! & uel rerum damp
na uel in iuriarū iacula ad memoriā reducit! Cunc
taq; que sibi inlata sunt uehementē exagerans into
lerabilia ostendit! tamq; mentem merore contur
bat. ut plerumq; uir patiens illa se equaliter
tolerasse post uictoriā captiuus erubescat! seq; non
reddidisse contumelias doleat. & deteriora repende
re. si occasio prebeat querat. Quib⁹ ergo isti sunt
similes. nisi his qui ꝑ fortitudinē in campo uictores
sunt! sed ꝑ neglegentiā post modum in tria urbis
claustra capiuntur. Quibus sunt similes nisi his
quos iruens grauis languor aurta ñ subtrahit! sed
lenter uenient recidiua febris occidit. Ammo
nendi sunt igit patientes ut cor post uictoriam
muniant. ut hostem publico bello superatū insidiari